

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptuarium allegoriarum sacrarum praecipua fidei christianae capita illustrantium: indice quadruplici instructum post editiones 5 revisum, iam septimo recusum

Botsack, Johann

Francofurti ad Moenum, 1678

Cap. XV. De cruce

[urn:nbn:de:bsz:31-142795](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-142795)

CAP. XV.

DE CRUCE.

ARTICULUS I.

DE NOMINIBUS CRUCIS,

TRIBULATIO EST AQUA.

1294. *Vir Ezechielem per aquam traduxit*, Ezech. 47. vers. 2. Hæc est aqua tribulationis, per quam nos Deus duxit, Esa. 43. v. 2. Ps. 18. v. 17. eo usque donec exclamemus cum Davide, Ps. 69. v. 2. Ps. 124. v. 4. soluto peccato, Rom. 7. v. 23. tandem nos extrahimur à Deo, Psalm. 18. v. 17. ad aquas solatii in verbo scaturientis ducimur, Ps. 23. v. 2. & Dominus aquas coercet, Ps. 33. v. 7. & liberaturus certò, *veluti aque maris rubri videntes Dominum, diffugebant*, Psal. 77. v. 17. Ita aquæ tribulationis tandem diffugient, nobis liberum in cœlestem Canaan aditum præbituræ, cum eas Dominus efficcabit, Psal. 18. v. 18. & nos ex eis eripiet, Psal. 144. v. 7. & sic per aquas traducet, Esa. 43. v. 2.

PER CRUCIS AQUAS

transeundum.

1295. Esa. 43. v. 2. *Si transferis per aquas*. Trans-eundum ergò est, non hærendum, quod fit,

1. *Fide* aquas crucis calcando, non attendendo earum profunditatem, sed in Dominum respiciendo: Sic Petrus aquis inambulavit, Matth. 14. v. 29. eas calcavit. Si ergò aquas crucis contemplaris, animadvertens, quàm profunda sub te sit miseriarum abyssus, calca eam fide & spe, hoc est, crede in Deum & spera, Psal. 27. v. ult.

2. For-

2. *Fortitudine permeando, & in Domino sperando.* Ne scilicet animum abjiciamus, sed de auxilio Dei firmam spem concipiamus, Job. 5. v. 17. 18. 19.

3. *Natando:* quod fit, tabulam pœnitentiæ alteram apprehendendo: Etenim cum pœnitentiam agimus in calamitatibus, natamus pondere contritionis, & peccatorum nostrorum velut pressi, nec tamen demergimur; fides enim nos sustentat, docens, omnia (adeoq; & ipsas calamitates & vel mille cruces) piis in bonum cooperari, Rom. 8. v. 28. sic ergo feliciter in mediis calamitatum fluctibus natatur, ut tandem ad portum felicitatis æternæ appropinquemus.

4. *Compensationem intuendo.* Jacob baculo Jordanem transiit, reversus opulentus est, Gen. 32. v. 10. Ita per Jordanem crucis transeuntibus nihil nisi baculus consolationis, Psal. 23. v. 4. nobis est. Sed olim reverentes in patriam cœlestem liberati ex servitio mundi, divites erimus, bonis cœlestibus circumfluentes, Apocal. 7. v. 14. cap. 22. v. 4. Esa. 25. v. 8.

CRUX EST ARATRUM DEI.

1296. *Aratrò ager proscinditur, preparatur, ut in sui alvum velut semen recipiat:* Ita crux est Dei aratrum, quò agrum cordis ad cœlestem semen recipiendi præparat, Esa. 28. v. 29. Conf. Psal. 129. v. 3. Finis quoque hujus arationis est bene arare novalia cordis, Jer. 4. v. 3. Ose. 10. v. 12. Ad hoc crucis aratrum manum applicat, quisquis Christo nomen dat, Matth. 10. v. 38. Caveat, ne retrospiciat, Luc. 9. v. 62. Phil. 3. v. 13. sed in patientia fructum ferat, Luc. 8. v. 15. ut eum gaudio metat, Psal. 126. v. 5. 6. metatur, Matth. 3. v. 12. ut plantæ, Esa. 60. v. 21.

CRUX EST DEI CAMINUS.

1297. Esa. 48. v. 10. *Electum te reddam in camino*
pau-

paupertatis. Ergò tribulatio Dei caminus est, in quo ignis est ipsa tribulatio, 1. Pet. 4. v. 12. quo pii probantur, sicut aurum & argentum, Prov. 17. v. 3. In medio tamen camini hujus crucis Deus versatur cum suis, Daniel. 3. v. 17. Hinc pedes Christi instar orichalchi candentis in camino, Apoc. 1. v. 15.

PII IGNI TENTATIONIS

torrentur.

1298. *Spica igni iusta Domino offerenda erant,* Lev. 2. v. 14. Ita pios Dominus electos facit, in fornace tribulationis, & fidem eorum aurò puriorem reddit, 1. Pet. 1. v. 7. Hi sunt spicae illae ex verbo Dei succrescentes, in agro Ecclesiae germinantes: Igni autem tribulationis exurendae, ut quicquid vitiosi superest, exuratur, & Domino grata offeratur victima. Spicae illae contundebantur: Ita & nos cruce, Joh. 12. v. 12. Psalm. 38. vers. 9. Esa. 42. v. 3. Luc. 4. v. 18. Ita pii sunt contusum thus, quod igni tribulationis impositum odorem gemmatum, precum, dat, Esa. 26. v. 16.

CRUX EST MARE RUBRUM,

1299. *Per quod ducimur, ex Aegypto mundi liberandi,* Actor. 14. v. 22. & in caelum introducendi. Hoc mare crucis dum transimus, aquis undique nos circumvallantibus, Pharaos Satan cum mundo nos insequitur, Joh. 16. v. 20. Roman. 8. v. 36. 1. Corinth. 4. v. 12. Sola hic terra promissa cogitanda, ne deficiamus, Hebr. 4. v. 11.

CRUCE

1300. *Preservamur, ne cum mundo impio condemnemur,* 1. Cor. 11. v. 32. Israelitae escam angelorum in deserto fastidiebant, Exod. 16. v. 3. in Aegyptum redire male-

malebant. Num. 14. v. 4. in qua tamen ita flagellati fuerunt: Ita vix calamitatibus à mundo abducimur, per has cogimur velut Loth ex Sodomis, Genes. 19. exire. Jacob favore gaudens foceri, non cogitabat, de reditu in patriam; sed iniquitate ejusdem pressus, abituriit: Ita cruce & odio mundi ex mundo immundo in patriam reditum moliri compellimur.

CRUX EST PROBATIO piorum.

1301. Jud. 7. v. 4. seqq. *Strenuos & fortes milites ex aqua hantū judicavit, & à reliquis, qui in genua bi- bituri prociderant, discrevit.* Ita Christus Gideon cœlestis suos Christianos probatos aquis tribulationis, quas alii stantes degustant, hoc est, fortis & invicti animi robore perferunt, ut Exod. 13. v. 14. Ita fiet, ut stent aquæ tribulationis, ut Jos. 3. v. 16. non obruant nos Esa. 43. v. 3. Alii procumbentes in genua degustant, qui animo sunt molliori, minusque solido: higena demittunt, hoc est, castigati cruce impatientes fiunt, quos hortatur Apostolus, ut animos sumant & genua erigant, Hebr. 12. v. 12.

CRUX EST SARTAGO.

1302. Lev. 2. v. 7. 9. *Libamen in sartagine tostum in- cendebatur in odorem bonum Domino.* Christus, qui in cruce velut sartagine positus circumstantes divinæ iræ flammis sensit extra intraque, & se pro nostra salute in odorem bonæ fragantiæ Deo dedit, Ephes. 5. v. 2. Ita & pii in crucis sartagine torrentur, imagini filii DEI confirmandi, Rom. 8. v. 29.

CRUX

CRUX EST ROS.

1303. *Ignis fornacis Babylonica piis viris non nocuit, sed in rorem mutatus est.* Dan. 3. v. 27. Ita crucis ignis justos non consumit, Esa. 43. v. 3. sed ipsis in rorem suavissimum convertitur, solatium domino suppeditante. Noctu ros cadit: Ita in media crucis nocte ros solatii Pfal. 97. v. 11. Hujus regis gratia verè est ros. Prov. 19. v. 12. Hof. 6. v. 4. cap. 14. v. 6. æstum mitigans, Syr. 18. vers. 16.

CRUX EST CALIX DOMINI

Pfal. 75. v. 9. & faux.

1304. 1. *Ob propinquantem*, qui Deus, in hujus manu calix est.

1. *Ob præparationem*, Deus enim præparat crucem suis, præsciendo nempe & permittendo, cum sine ejus voluntate nihil nobis accidere possit, Math. 10. vers. 28. 29.

2. *Impletionem*. Etenim crucis calicem implet Dominus unicuilibet piorum, & cruci, metam & terminum constituit.

3. *Moderationem*, de qua 1. Cor. 10. v. 13.

4. *Exemplum præbitionis*, Matth. 20. vers. 22. passionis, Matth. 26. vers. 39. Johan. 18. vers. 11. 1. Cor. 10. vers. 13. amicæ societatis, ad calicis enim sui communionem Christus nos invitat tanquam imagini ipsius conformandos, Roman. 8. v. 29. & convictores, qui eodem calice utuntur, 2. Sam. 12. v. 3. eadem cum ipso patiuntur, Luc. 24. vers. 16. 1. Petr. 4. v. 17. 18. 19. *judicium à domo*.

2. *Ob socios combibentes*, qui omnes sancti, 2. Tim. 3. v. 12. Act. 14. v. 22. Tob. 12. v. 13.

3. *Ob*

3. *Ob materiam*, ex qua impletur, est vinum mixtionis mixtum ex tristitia & solatio, Psalm. 60. v. 5. Hunc calicem nostris faccis impositi cœlestis Joseph, ut Gen. 44. v. 2. timorem incutit, amorem fraternum occulit.

4. *CruX est fauX & os latissimum angustia*, Job. 36. vers. 16.

1. *Ob latitudinem*, quæ hoc loco indigitatur. CruX ergo bestia vastissima esse videtur.

2. *Ob divaricationem*. Ita cruX instar faucis esse apparet: Conf. Psal. 69. v. 16. Quocunque enim respiciamus, crucis nobis velut fauces apparent divaricatæ, nos absorpturæ.

3. *Ob compressionem & commolitionem*. Ut enim ovis commolitur dentibus feræ: Ita cruce pii,

4. *Ob Divina curarationem*. Deus fauces leonum compressit, Dan. 6. v. 22. Hebr. II. v. 33. eripit ex faucibus, Jer. 51. v. 44. Ita ex cruce, suo tempore.

Vere autem cruX est fauX angustia. Josephus hanc vidit, Genes. 42. vers. 21. populus Israel, Exod. 3. v. 9. Deut. 26. v. 7. Psal. 5. v. 2. Psal. 59. v. 18. Psal. 107. v. 26. Joh. 18. v. 21. sine fundo. Psal. 130. v. 1. 2. Psal. 69. v. 1. 2.

CRUX EST AQUA IN

Mara,

1305. *Quam Israelitæ bibere non poterant*. Exod. 15. vers. 23.

1. *Ob nomen*. Aqua mara dicitur ob amaritiam: Ita cruX est amara. 1. Ob questus amarus, quos pii sæpe ingeminant, in cruce constituti. Imo ob gemitus amarus, quibus crucismolestiam exonerare allaborant. 2. Ob saporem amarum, Psal. 69. v. 12. Thren. 3. vers. 15. CruX vere est instar lactucarum sylvestrium, Exod. 12. v. 8.

2. *Ob bibitionis recusationem*. Israelitæ bibere non

O o

lebant,

lebant, nec poterant aquas in Mara. Ita crucis aquas bibere recusamus, calicem declinamus, Matth. 26. vers. 39.

3. *Ob locum*, in quo erant aquæ amaræ, nempe in deserto: Ita aquæ amaræ crucis, tantum in deserto mundi sunt, in terra patria non erunt, Apoc. 7. v. 17. cap. 21. v. 4.

4. *Ob dulcorationem*: Injecto ligno aquæ amaræ dulces redditæ: Ita Christum lignum vitæ aquis crucis injice, & suavitatem Domini gustabis, Psal. 34. leve esse jugum ejus perferentescis, Matth. 11. v. 29.

CRUX EST TEMPESTAS.

1306. Tob. 3. v. 23. *Post tempestatem exoritur sol.*
Tempestat est crux:

1. *Ob solis ereptionem*: uti enim tempestat ingruit, sol oculis hominum obducitur; ita solatii sol eripitur, ingruente crucis tempestate.

2. *Ob perterrefactionem*. Tempestat Domini merito terrori est homini, Psal. 18. v. 8. 9. Ita cruce terremur.

3. *Ob loci proprietatem*. Tempestat maximè sentiunt in mari navigantes: Ita & nos in vitæ hujus mari maximas tempestat sentimus, ut Apostolus, Act. 27. v. 18. Jonas, Jon. 1. v. 4. Sed bono simus animo, Christo increpante, ventiponent, Psal. 107. v. 29. & nubila quæque, sed suo tempore, cessabunt.

1307. Matth. 21. v. 33. Ef. 5. v. 2. *In vinea sua torcular fodit Dominus.* Hoc crucem & calamitates significare potest, quibus pii exercentur in hac vita. De hoc torculari Jeremias Thren. 1. v. 15. Torcular calcavit Dominus, filix virgini Zion. Jud. 6. v. 11. Gideon triticum triturbat in areola: Ita Christus in mundi area pios, triti-

triticum, crucis tribulo decutit, paleas abjiciet, Matth. 3. v. 12. Hôctorculari exprimuntur gemitus, Exod. 2. v. 24. Psal. 6. v. 7. Psal. 38. v. 9. Thren. 1. v. 22. lachryma, Psal. 6. v. 7. Psal. 18. v. 7. quæ vina angelos lælificantia, Luc. 15. v. 7.

CRUX EST DEI VENTI-

labrum.

1308. *Ventilabrum in manu Domini est*, Matth. 3. 12. Tale ventilabrum crux est, quâ solida, quæ pietas sit in homine, exploratur. Tali ventilabro Abraham ventilatus est, filium Isaacum offerre jussus, Gen. 22.

VIRGA DEI.

1309. Job. 9. v. 34. *Auferat à me virgam*. Virga hæc crucis, quâ castigat dilectos, Psal. 118. v. 18. Jerem. 30. v. 11. cap. 31. v. 18. 2. Cor. 6. v. 9. Apocal. 3. v. 19. Tob. 11. v. 17. paterna, non ferrea, Psal. 2. v. 9. Apoc. 19. v. 15. quia paterna virga non est super impios, Job. 21. v. 9. Hanc cum Dominus in suos vibrat, panem tamen solatii non aufert, Esa. 30. v. 20.

CRUX TYPUS ABRAHAMO

monstratus.

1310. Genes. 15. v. 11. & 17. *Abraham vidit volucres, & cadaveri inbiantes, fornacem & flammam*.

1. *Volucres* Ægyptios significârunt, populum Dei tribulantes, & iniquissimâ servitute prementes. Hi erantrapaces volucres, voraces & deglubentes, volucres fugantes, & milvi terrentes.

2. *Fornax* illa fumans notat fornacem illam servitutis ferream, de qua aliàs, Deut. 4. v. 20. 1. Reg. 8. v. 51. Jer. 11. v. 4. Fumans illa fornax fuit, ob tribulationis gravitatem & intensionem, quæ eò processit, ut pœnarium

rum tandem gravissimarum imbrem in capita Ægyptiorum refuderit.

3. *Flamma* apertas significavit persecutiones, quando Pharaon cum Ægyptiis, Israelitas persecutus ad mare rubrum, nil, nisi cædem & flammam spiravit. Hæc in typo Israelitis contigerunt. Nos in hoc mundo, quotquot pietati militamus, experimur impios, fornacem crucis fumantem, & flammam tribulationis micantem.

CRUX EST VENTUS

austerus.

1311. Esa. 27. v. 8. *Dimittis eos, cum tristitia pios afflicto per violentum ventum tuum Eurum;* Notatur

1. *Crucis utilitas*, qui dimittimur è vinculis scilicet mundi, ne condemnemur cum eo; Ideò castigamur à Domino, 1. Cor. 11. v. 32.

2. *Brevitas*. Facile transit ventus: Facile crux transit, & sol gaudii oritur, Tob. 3. v. 23. Pf. 30. v. 12. Pf. 112. v. 4. Pf. 97. v. 11.

3. *Impetuositas*. Turbo crucis maximo impetu fertur in pios: Christus tamen eundem moderatur, ne cordis nostri supprimat naviculam: Horum increpationes: *O modicæ fidei!* Matth. 14. v. 31. ad Petrum ferè submersum, & discipulos periclitantes, Matth. 8. vers. 26.

CRUX EST MARE ANGU-

stiarum.

1312. Zach. 10. v. 11. *Transibit mare angustia & omnes fluctus percutiet, Crux est mare,*

1. *Ob amaritudinem*, qualis est in mari. Ita crux amarissima, ut supra All. 1305.

2. *Ob fluctuum reciprocationem*, & jugem consecutionem, Pf. 42. v. 8. *Abyssus abyssum vocat.*

3. *Ob*

3. *Ob profunditatem maris.* Confer. Psal. 69. v. 2. Eadem profunditas suo modo est in cruce.

4. *Ob ventos varios in eo deprællantes.* Venti, mundus, propriæ cogitationes, quæ supra sibi Deum iratum, infra profundissimam abyssum fingunt. Porrige nobis tuam, ô Christe, in hoc mari dextram!

ARTICULUS II.

DE CAUSIS.

IN CRUCE DEUS SUIS

ADEST.

1313. *Christus in litore stetit laborantibus in mari discipulis hoc Joh. 21. v. 4. nescientibus.*

1. *Litus* hoc statum æternæ vitæ designat, in quo Christus est, antè quidem fluctibus & mari ærumnarum ad mortem usque jactatus, nunc in litore consistens.

2. Nos autem adhuc sumus in mari, quod est *crux*, ob fluctus varios.

3. Stabat autem Christus in litore; videt itaque ærumnas nostras, Ps. 10. v. 14. Hoc autem nescimus, & Christum dormire putamus, qui tamen semper nostræ saluti invigilat. Ecclesia triumphans in litore quoque stat, ut Act. 21. v. 5.

IN CRUCE NOBIS ADEST

Christus.

1314. *Christus Petro exprobrat, quid ne unâ quidem horâ vigilare cum illo potuerit, Matth. 26. v. 40. Denotatur crucis brevis duratio, cum dicit: Unâ horâ, Rom. 8. v. 18. 2. Corinth. 4. v. 17. & Christi solatium, vigilat enim nobiscum, soli non sumus, cum nos ab hora tentationis erepturus sit, Apocalyp. 3. versic. 10.*

& salvaturus, ut & ipse salvatus est, Johan. 12. versic. 27.

IN CRUCE DEUS ADEST.

1315. Dan. 3. v. 17. *Viris in fornacem coniectis, idolatriam fugientibus, angelus Domini adfuit.* Fornax ea crucis est, quæ fumat, cum foedus cum Deo percussimus, Gen. 15. v. 17. Omnes enim per calamitates ingredimur in caelum, Act. 14. v. 22. Ex hac nos educit fornax, ut Israelitas ex Ægypto, Deuteron. 4. versic. 20. probat, Esa. 48. v. 10. Prov. 17. v. 3. Sap. 3. v. 6. Syr. 27. v. 9. Sed adest piis Christus, sustentans eos, Esa. 43. versic. 2.

CRUCEM MODERATUR.

Deus.

1316. *Fines & terminos aquis posuit Deus, ne operient terram,* Job. 38. v. 8. Prov. 8. v. 29. Aquis tribulationis similiter Deus limites posuit, ut quamvis infestent nos, minimè tamen operiant aut obruant, 1. Corinth. 10. versic. 13. 2. Pet. 2. v. 9. Apocalyp. 3. v. 10. Ne timeas ergò, quia Dominus tecum est, flumina non absorbebunt te, Esa. 43. v. 2. Via enim Domini sancta illa, Psalm. 77. v. 14. piis mirabiliter ducentis, Psalm. 4. v. 4. est in mari afflictionis; semita ejus est in aquis crucis, Psal. 17. v. 20.

CHRISTUS CRUCIS MODERATOR.

1317. *Ad Domini increpationem venti & mare posuerunt,* Matth. 8. v. 26. Crux & tribulatio venti & mare sunt, quibus cor pii hominis agitur, Psal. 107. v. 27. seq. & eventum tolerabilem castigatio fortitur, 1. Corinth. 10. v. 13.

CRU-

CRUCEM MODERATUR

Dominus.

1318. *Deus Israelitas non duxit per terram Philisteorum*, Exod. 13. v. 17. *per desertum tamen duxit*; Ita DEUS crucem moderatur; sed tamen per desertum ducit.

SUB CRUCE OPPRESSIS

Deus se occultat.

1319. Cant. 5. v. 5. & 6. *Sponsa surrexit, ut aperiree dilecto suo; manus ejus plena erant myrrha, & stillabant myrrham. At declinaverat sponsus, transierat dilectus. Anima sponsa liquefacta est super verbis sponsi: quæsit & non invenit illum, vocavit & non respondit illi.* Sponsa piorum est Ecclesia, quæ surgit, ut aperiat dilecto suo, hoc est, Christo; cum enim diligere debemus, 1. Joh. 4. v. 19. Tunc autem aperit, cum solatium ejus requirit, Es. 26. v. 16. *stillantibus myrrha crucis, manibus ipsius.*

IN CRUCE SOLATUR

Dominus

1320. *Christus discipulos in montem duxit, ubi valde perterrefacti sunt, auditâ patris voce. Eisdem tamen Christus accessit, tetigit, bono animo esse jussit*, Matth. 17. v. 6. seq. Mons ille est Ecclesia, in qua apparent Moses & Elias, hoc est, omnes pii Doctores & fideles: In hanc Christus nos ducit, ut rex montis Sion, Psal. 2. *cruce perterrefacit, in infernum ducit*, 1. Sam. 2. v. 6. Sed tamen accedit, verbo suo nos solatur. Unde Deus solatii dicitur, Rom. 15. v. 5. *Hic solus nobis relinquitur, ut discipulis vers. 9. ut in eo solo plenum solatium habeamus.*

O o 4

PER-

PERSECUTIONIS CAUSA
ignoratio Dei.

1321. Exod. 1. v. 8. *Pharao non novit Josephum ejusque posteros.* Pharao ille Satanas est, cum mundo Ægypto suâ, quæ cum Christum non noscat, neq; familiam justorum, quorum ipse pater est, omnis generis persecutiones movet: Hoc prædixit Christus, Joh. 16. v. 3.

CRUCIS CAUSA IMMIT-
tens Deus.

1322. Joh. 13. vers. 26. *Scribit agritudines super me.* Talis scriba Deus est, qui inscriptis nobis in librum vitæ, calamitates in libro providentiæ adscribit, sed ita tamen, ut eas in monumento suo scribat, Mal. 3. v. 16. & pios pressos in manu sua, Esa. 49. v. 16. ad lætam tribulationis *ἐκτασι* 1. Cor. 10. v. 13.

ARTICULUS III.

DE CRUCIS EFFECTIS, SUB-
jectis & adjunctis.

CRUX AD COELUM
vocat.

1323. Num. 10. v. 2. *Clangor tubarum monebat castra movenda esse & tentoria levanda;* crux est talis clangor Dei, qui monet castra ex hoc mundo movenda, ad patriam tendendum esse, Philip. 3. v. 19. Crux ad Deum ducit exemplô Joabi, cujus seges accensa commovit eum, ut ad Absolonem veniret, 2. Sam. 14. v. 30. Mundanarum voluptatum nostrarum segetem comburit Deus igni tribulationis, ut sola nobis in eo spes relicta floreat.

CRU-

CRUCIS UTILITAS.

1324. *Aque diluuii arcam nubibus propinquiorem faciebant.* Ita nos crux Deo Esa.26. v.16. Est fermentum, quod carnis luxuriam castigat, quæ aliàs in odium contemptumque ipsius tandem Dei effloresceret.

CRUCIS TEMPORE CHRISTUM

quærimus.

1325. *Per noctes quæsiuit sponsum & non inuenit.* Cant.3. v.1. Noctis illud tempus est crucis & tribulationis, quâ velut nube se occultat Christus, ut modicum eum non videamus: Et tunc sponsum quærimus, cum Propheta, Esa.26. v.16. Rege. Psal.26. v.1.

Et B. Antonio, interrogando: *Domine JESU ubi eras?* Sed bono simus animo, adest nobis, Es.41. v.10. cap.43. vers.2.

CRUCIS FINIS IN MORTE ET

post hanc vitam.

1326. *Job.5. v.17. è sex tribulationibus eripiet te Dominus, & in septima malum te non tanger.* Sex illæ tribulationes, crucem toto vitæ tempore durantem significant. Septima tribulatio Mors est, quæ vitæ nostræ septimanam plenam calamitatibus, Job.14. v.1. claudit: in hac septimana tribulationis malum non tanger nos, quia plenè eripiemur ab omni malo in regnum cœlestes Dei, 2. Tim.4. v.18.

IN MEDIA CRUCE SUOS

Deus solatur.

1327. *Facta caligine, soleq; occumbente, flamma sacrificium Abrahami lastravit,* Gen.15. v.17. Ita cum piis sol consolationis occumbit: Dominus tamen

O o 5

flam-

flammam h. e. solatium Spiritus sancti mittit, Psal. 112. v. 4. Ut enim flamma stipulas: sic Spiritus in cruce trinitatis nebulas absumit.

CRUX ET CONSOLATIO

conjunctæ.

1328. Ps. 23. v. 4. *Virga tua & baculus tuus.* Virga correctionem & castigationem notat: Apoc. 3. vers. 19. *Quos amo, hoc arguo & castigo.* Conf. Ps. 118, 18. Jer. 30. v. 11. cap. 31, 18. cap. 46, 26. Heb. 12, 6. Baculus benignam sustentationem, Ps. 73. v. 18. & 23. Ibi pii vocem cantici ingeminant, cap. 3. v. 4. *Tenui eum, & non dimittam.* Fremat itaque terra, mundus, ejusque incolæ; Dominus tamen columnas terræ, hoc est, sua ipsius dextera tenet, Ps. 75. v. 4. pios, verè columnas, quibus sublatis Sodoma exciditur, ut Gen. 19.

CONSOLATIO IN CRUCE.

1329. *Ligna Eliæ aqua conspersa statim ignis de cælo accendit,* 1. Reg. 18. v. 34-38. Benevolæ exauditionis signum! Ita cum lachrymas in cruce profundimus, lignum cordis perfundimus, eam statim divinæ dilectionis ignis accendit, Es. 38. v. 5. videt, audit, Psal. 6. v. 10. & solatium præstat Dominus.

IN CRUCE CONSOLATIO.

1330. Ezech. 47. v. 8. 9. *A templo egressæ maris aquæ, quæ maris aquas dulces efficiunt & salutare.* Aquæ maris sunt tribulatio: dulces aquæ sunt verbum Dei, quò dulcescunt amaræ maris aquæ, è templo Domini egressæ: in hoc enim aquæ illæ inveniuntur, Psal. 75. vers. 17.

OSкулUM DEI IN CRUCE.

1331. *Osculum Davidis, quod Jonathano figebat, cum lachrymis junctum erat,* 1. Sam. 20. vers. 41. Crucis oscu-

ofculum, quod suis Christus figit, non figitur sine lachrymis, sive piorum, de quibus lachrymis passim scriptura, sive etiam ipsius Christi, qui exemplum harum lachrymarum nobis præbuit, Hebr. 5. v. 7. in cruce, in Lazari morte, cui lachrymatus est, Joh. 11. v. 35. in compassionis nostræ indicium, & dilectionis maximæ indubitam significationem, ipsis Judæis iudicibus, d. l. Joh. v. 27. *Ecce, quantopere dilexit eum!*

1332. 1. Sam. 11. v. 9. *Cras vobis salus erit, cum inca- luerit sol.* Quantò igitur tribulatio gravior, tantò salus nostra propinquior. Ps. 138. v. 7. *in media afflictione re- focillas me.*

IN CRUCE SOLATOR DEUS.

1333. *Joseph fratribus suis pecuniam & frumentum dedit, fame vexatis, Gen. 42. v. 19.* Ita cruce Christus panem dat, Esa. 30. v. 20. & gratiam suam venalem, sed absque pecunia, exponit, Esa. 55. v. 1.

CONSOLATIO.

1334. *In cruce vera consolationis lumen est, Ps. 97. v. 11. piis in altera vita consolationis hæc est præambulum, sicut manna dulcedinis terræ promissæ in deserto.*

CHRISTUS CONSOLATOR

post crucem.

1335. Gen. 15. v. 5. *Abrahamum post pugnam consolatur Deus.* Ita post crucis & tentationis pugnam nos solatur Dominus, fontes consolationum in valle lachrymarum largiendo, Psal. 84. v. 7. Psal. 94. v. 19. Psal. 119. v. 92. Psal. 112. v. 4. Jer. 31. v. 9. Tob. 3. v. 23. Hinc Deus fons consolationis dicitur, 2. Cor. 1. v. 3. & seq. Ad hunc igitur confugiamus, cum nemo hominum nos solatur,

solatur, Psal. 69. v. 22. ut mater nos consolatur, Esa. 66. v. 13. imò corda nostra, Eph. 6. v. 22.

TRIA SOLATIA IN CRUCE

1336. *Conjunctus ipse Christus. Pater, si vis, omnia possibilis, Luc. 22. v. 42.*

1. *Affectio patria: Hinc Christus patrem clamat.*
2. *Voluntas subjecta. Si vis.*
3. *Omnipotentia divina, quâ potes eripere. Tria hæc in cruce conjungenda sunt: Affectus, in Deo patre nos castigante, Objectum, paternæ namque voluntati Dei nos subjectos esse oportet, Effectum, nempe in salutem posse Deum efficere omnia, Rom. 8. v. 20. His, qui Deum diligunt, omnia in bonum cooperantur.*

CRUX DEI CHARITATEM EX-

stinguere non debet.

1337. Cant. 8. v. 7. *Flumina charitatem non possunt extinguere.* Hæc sunt tribulationis flumina, Psal. 42, 8. quæ charitatem erga Deum extinguere non debent, quin potius inflammare, Act. 5. v. 41. exemplò Apostolorum.

PII CRUCI SUBJECTI.

1338. Marc. 9. v. 49. *Omnis homo igni salietur, & omnis victima sale salietur.* Ignis ille tribulationis est, quò nos saliri oportet, ne igni inextinguibili illo affligamur, Es. 66. v. 24. Hoc voto D. Augustini congruit: *O Domine, hinc ure, secca, ut parcas in futuro seculo.* Urendi ergò sumus, sive igni tribulationis externo, sive interno, cum vetus Adam crucifigendus, Marc. 9. v. 43. *Omnis autem victima sale salietur.* Cum nos Deo spirituales hostias offerimus; sale veræ pœnitentiæ con-

conspersi, sunt sacrificia DEO gratissima, Ose. 6. v. 6.
Psal. 34. v. 19. Esa. 57. v. 15. cap. 66. v. 2.

PII CRUCEM FERRE DEBENT

spe præmiorum.

1339. Hebr. 11. v. 23. seq. *Moses Ægyptum reliquit magnificumque filii nomen; aspexit enim in remunerationem; Ita omnes pii mundum relinquere debent sincero pietatis affectu, nec gaudere nomine filiorum, filiarum Pharaonis, hoc est, mundi; semper animis defixi in celestem remunerationem, eamque gratuitam.*

CRUCIS PII SUBJECTUM.

1340. *Christus montem oliveti conscendens ad passionem, statim concionatus est de scandalo & cruce discipulorum, ut indicaret, discipulos quoque sicut magistrum cruce examinandos esse, Rom. 8. v. 29.*

CRUCIS IMAGO IN TRIBULATIONE fratrum Josephi.

1341. *Peregrini & alieni simulatio, Gen. 42. v. 7. Ita Deus in cruce se peregrinum simulat, Jerem. 14. v. 8. quando nos suum semen, peregrinos relinquit in mundo, sicut Israelitas in Ægypto, ut prædictum Genes. 15. v. 13. & Abraham, Gen. 23. v. 4. & Job. 19. v. 13. & 15. & 17. sicut columbas mutas inter peregrinos, quas Philistæi mundani & infernales undiquaque captare student, Psal. 56. v. 1. Hoc fieri permittit Deus, & ita se peregrinum simulat, Jer. 14. v. 8. quamvis optimè nofcet suos, 2. Tim. 2. v. 19.*

2. *Dura compellatio, Gen. 42. v. 7. 9. c. 43. v. 3. Ita Deus in cruce dura nos compellat oratione, non tam verbali, quàm reali, Esa. 63. v. 15. cap. 62. v. 12.*

1. Gra-

3. *Gravis probatio*, quando minimum natu fratrem adduci iussit Joseph, & fratres suos interea spe cæcâ pendere voluit. Ita Christus in cruce spe nos lactat: quæ quidem per se cæca non est, nobis tamen videtur talis, ob liberationis tempus incognitum.

4. *Tristis peccati ob oculos aberratio*: Ita pii semper imago peccatorum ob oculos versatur, Psal. 51. vers. 5. quibus se crucem promeritos esse, existimant: ex quibus præmissis tristem de irato patre conclusionem inferunt, Mich. 7. v. 9. Jer. 3. v. 5. Esa. 64. v. 9. Pl. 80. v. 5. Jer. 15. v. 18.

CRUX DURAT VITÆ tempore.

1342. *Vesperâ durat fletus, manè autem gaudium oritur*, Psal. 30. v. 6.

1. *Vespera tempus vitæ est*, quò sol noster Christus occidere videtur & abire; unde piorum querelæ: *Domine abscondis faciem*, Psal. 13. v. 2. Pl. 27. v. 9. Pl. 143. v. 8. Vespera tempus vitæ, quia Satanas & mundus instar luporum vesperâ sævientium, Zephan. 3. v. 3. quia correctionem malorum semper expectamus, Joh. 7. vers. 4.

2. Hæc vesperâ igitur fletus durat, Johan. 16. v. 20. Luc. 6. v. 25. O fletum beatum, qui tollit infelices illos fletus! Matth. 8. v. 12. meum, Luc. 6. v. 21. Manè autem gaudium oritur Christo scilicet oriente in iudicio. Tunc enim cessabit læta cum Deo, Gen. 32. v. 24. Hof. 12. v. 3. & mundi gloria exarescet instar cucurbitæ, Jonæ 4. v. 7. dispulsis calamitatibus, Job. 7. v. 4. lux vera ingruet, tenebras nostras illuminans, Pl. 18. v. 29. Zach. 14. v. 7. & liberationis illa exoptata dies lucefcet, Luc. 21. v. 28. Rom. 7. v. 24. & 1. Corinth. 15. v. 54.

vers. 54. sicut & Loth ab Angelis creptus est, 2. Petr. 2.
vers. 7. manè.

CRUCIS BREVIS DURATIO

& lata mutatio.

1343. *Magnus Judæorum luctus fuit in Perside oppressorum, machinante eorum rege Darius Hamano, cessavit tamen luctus, & in gaudium conversus, Esth. 8. v. 16.* Ita crucis sensus magnum infert luctum piis, hinc velut captivis, qui cito in gaudium tamen vertitur, dissipatis malorum consiliis, liberatisque oppressis.

CONSOLATIO CRUCEM

sequitur.

1344. *Anna post orationem bono animo fuit, cibum cepit, 1. Sam. I. v. 18.* Ita postquam cor nostrum coram Domino effudimus, bono debemus esse animo, nec perpetuam sollicitudine nos discruciare, Psal. 55. v. 23. Psal. 37. v. 5. Siquidem nimia tristitia neque DEO placet, qui nos toties in suo verbo bono animo esse vult.

CRUX EST AMARA,

1345. *Israelitæ manducaturi agnum Paschatos, simul accipere jubebantur agrestes lactucas vel amaras, sive amaritudines, Exod. 12. vers. 8.* Ita verum agnum manducantibus, 1. Cor. 5. vers. 7. piis comedendæ sunt amaritudines crucis, Ruth. I. v. 20. 1. Sam. 10. peccati, cum Petro, Math. 26. v. 75.

PII OMNES CRUCI SUBJECTI, ET

crux est acetum.

1346. *Ruth futurum Dominum & maritum sequebatur, spicas colligebat, cui Booz præcipiebat panem in acetum intingere, vel buccellam, Ruth. 2. v. 14.*

1. Ruth

1. *Ruth* est imago piorum omnium; *Ruth* notat irrigatam, quod autem irrigatur, prius aridum exsiccumque fuerit, necesse est. Omnes enim aridi sumus, & sine succo, nisi Christo veræ viti impletemur, in quo fructum ferimus, Joh 15. v.5. à quo irrigamur, 1. Cor.3. v.7. & plantamur à patre, Matth.15. v.13.

2. Christus etiam *Dominus noster* est, qui nos sibi peculium acquisivit, 1. Petr.1. v.19. quemque sequimur ut maritum nostrum, Ose.2. v.19. 2. Cor.11. v.2. sicut *Ruth* τὸν Booz.

3. *In agro* sequimur. Ager autem mundus est, & ita quidem ut spicas tantum legamus.

4. *Spicae* hæ gratiæ portiuncula sunt, quæ animæ piæ obtingunt, non ob dantis tenacitatem, sed capientis angustiam. Ex parte enim tantum hic cognoscimus, 1. Cor.13. v.9.

5. Nobis etiam fors illa contingit, ut buccellam nostram in acetum intingamus. *Acetum* significat crucem, ob amaritudinem, quam præ se fert. Quisquis ergo vis irrigari aquâ divinæ bonitatis, venerari Dominum tuum, revereri maritum, sequi sponsum animæ spiritualem, Matth. cap.25. v.10. hoc age, ut simul buccellam in crucis acetum intingas. Dixit enim: *Tolle crucem tuam*. Ne murmures, si amarum illud acetum propinetur, dum hic spicas tantum colligis; erit olim illa dies, quâ manipulos ferēs cum lætitia, Ps. 126. v.6. & vinò æternæ lætitiæ inebriaberis, qui hic ebrius fuisti vinò compunctionis, Psal. 60. v.5.

DEUS PRÆSENS IN CRUCE SE
occultat.

1347. Exod. 14. vers. 19. *Egyptiis persequentibus Israelitas, angelus Domini se tollebat, castra præcedebat, post sergum se sistebat.*

1. *Egy-*

1. *Aegyptii* notâ & tritâ allegoriâ mundum tribulantem pios, significant. Confer. *Mundus est Aegyptus.*

2. *Angelus Domini* Christus est, angelus ille eripiens nos ab omni malô, Gen. 49. vers. 16. qui se tollit, ad auxilium surgit, ut omnes hostes dispergantur, & quandoque castra præcedit, cum solatiô eos reficit & vitam monstrat in deserto hujus mundi: nonnunquam etiam post tergum nostrum se abdit, ut repellat eum, qui tergo nostro insidiatur & nos cribrare satagit. Ita post tergum Mariæ Magdalenzæ stabat, Johan. 20. v. 16. *Horsum querelâ; Domine abscondis faciem tuam! Usquequo?* hinc inde

DEUS PRÆSENS IN CRUCE.

1348. Gen. 18. v. 1. *Solo astum intendente fehora invisibat Abrahamum.* Sol crucis cum intendit, Deus gratiose nos solatiô suô invisit.

CRUX EST MANUS DEI

aversio.

1349. *Quid avertis manum tuam & dexteram tuam de medio sinu tuo:* Psal. 74. vers. 11. *Crux* ergo est Dei manus aversio saltem à sinu suo; Pii autem in sinu Dei manent, in eo, sub cruce, vacillant, moventur infantis, à quo manum mater subtrahit, in sinu tamen fideli eos tenet: Ita ergo in sinu DEI manemus; imò in utero misericordiarum, Esa. 46. v. 3. seq. in quo fovemur. Ita in sinu mater infantem fovet, 2. Reg. 4. vers. 20. Sic & nos ægroti spiritualiter, Psal. 6. debiles, Psal. 77. vers. 5.

SOLATIUM IN CRUCE.

1350. Prov. 6. v. 8. *Parat in aestate cibum formica,*

Pp

con

congregat in messe, quod comedat. Hanc fornicarum diligentiam ad vivum exprimunt pii, quando cibum verbi divini parant sibi in ætate, cum hyems tribulationis nondum ingruit, ut sit eis, ex quo vivere possint; Verbum enim Domini in cruce nobis solatium præstat, Psal. 94. v. 19. Psal. 119. *Nisi verbum tuum mihi solatio fuisset, perissem.* Esa. 38. v. 12.

ARTICULUS IV.
DE TENTATIONIBUS.

VITA HÆC EST TRISTITIA
perpetua.

1351. Ezech. 3. v. 14. seq. *Ventus Prophetam sustulisse dicitur, & propulisse, magnosq; terrore affecisse: Verum tamen manus Domini eundem sustentavit, quamvis ad captivos Israelitas devenerit, & apud eosdem tristis commoratus sit septem diebus.* Visio hæc statum humani generis sub peccato designat. Ventus enim prophetam tollens, peccatum designare potest, quod nos è conspectu Dei dispergit, Esa. 64. vers. 6. Idem terret nos Gen. 3. v. 10. sed manus Domini sustentat nos, quamvis nil, nisi captivos, videamus in hac vita malo culpæ ac peenæ. In hac dico vita; hanc enim septem dies significant, quorum spatio tristis propheta fuit; Et nos in mundo hoc tristitiam habemus, Joh. 16. v. 22.

TENTATIO COMPARATUR
vento.

1352. I. *Venti cogunt nubes, nubes eripiunt solem: ita tentationes solem justitiæ cordibus eripiunt.*
2. Ven-

2. *Venti cogi possunt* à Satana, Hiob. 1. v. 12. 19. Ita tentationes autore Satanâ nascuntur, Matth. 4. v. 1. 1. Theff. 3. v. 5. 1. Cor. 7. v. 5. Act. 3. v. 3. Apoc. 3. v. 10.

3. *Venti oriuntur* ex vaporibus terræ: ita tentationes carnales sunt terreni Adami suggestiones & vapores.

4. *Ventimox* cessaturi vehementissimè spirant: Ita tentationes mox cessuræ omnium vehementissimæ.

5. *Venti* Deo obediunt: ita tentationes, Deo eventum largiente, 1. Cor. 10. v. 13. felici catastrophe clauduntur. Hic est ventus ille durus, de quo Esa. 27. v. 8.

TENTATIONES INSTAR PLUVIARUM & IMBRIUM.

1353. *Qui rimas quasque penetrant*, & nisi bene firmata domus fuerit, eam concutient, Matth. 7. vers. 27. Tentationes undiquaque domum cordis irruunt, commovent, quæ idèd in petra Christo, firmissima fundanda, Matth. 7. v. 25. ad hunc confugiendum. Vid. alleg. Hiob. 24. v. 8. Hunc imbrem Deus mittit. Hiob. 37. v. 6. Christus nos protegit, Esa. 32. v. 1. sibi fidentes, non falsis prophetis, Ezech. 13. v. 11.

DIABOLICÆ TENTATIONIS objectum.

1354. *Pharao masculos interfici volebat*, Exod. 1. v. 16. Ita etiam robustissimos in fide Satanas tentaturus aggreditur, ut iis imponat, 2. Cor. 1. v. 11. 2. Cor. 11. v. 3. 1. Theff. 3. v. 5. Qui ergò stat, à casu sibi caveat. Ventus humiles domos fastidit, turres infestat.

TENTATIO EST INSTAR turbinis.

1355. *Ob tempestatis conjunctionem*. Turbinem enim

Pp 2

ut

ut plurimum alia insequitur tempestas, Esa. 17. v. 13. Ita tentationem tentatio insequitur, abyssus abyssum vocat, Psal. 42. v. 8. Hæc est tempestas, à qua Deus nos liberat, Esa. 25. v. 4. quæ in mari hujus mundi oritur, Jon. 1. v. 4. Tob. 3. v. 23.

2. *Ob pulveris rerumque levium dispersionem*, Esa. 40. v. 24. Ita qui in fide non stant, facile à tentationibus dispelluntur, ipsi quoque pii, instar arundinum concutiuntur, Esa. 42. v. 3.

3. *Earundemque circumgyrationem*: Ita pii quoque tentationibus in orbem velut aguntur; Meminerint tamen iidem, Christum in medio turbinis & crucis, instar centri, consistere, turbinem verò sedaturum esse, ut Marc. 4. v. 37.

4. *Nubes turbinibus* disjiciuntur, 2. Pet. 2. v. 17. Ita corda hominum tentationibus obruuntur.

5. *Ob ambulatorum impeditionem*. Ita tentationes impediunt sæpe ambulationem in via Domini.

TENTATIO DIABOLI EST FRAUDULENTUS INCURSUS.

1356. 1. *Ob machinationem*. Imperatores enim hostem aggressuri diu deliberant, machinantur: Ita & Satanas jam pridem machinatur, ut nos invadat, 2. Cor. 2. v. 11.

2. *Modi varietatem*. Non unô modò, locòve invadunt duces belli hostes, non unâ viâ laceffunt: Ita Diabolus undiq; nos infestat, à dextris & sinistris, 2. Cor. 6. v. 7. Sinistrâ itaque scutum fidei teneamus, dextrâ gladium Spiritûs, Eph. 6. Una Diaboli via non est, 1. Joh. 2. v. 16. Hoc indicat vox *μεθοδεΐα*.

3. *Insidias*: Aggressuri hostes, ex insidiis eos aggrediuntur. Ita Diaboli multæ sunt insidiæ, qui ut Pharao infernalis nos extinctos cupit, ut Exod. 1. v. 10. per ido-

idolum suum mundi deceptos, ut Num. 25. v. 18. Hinc mundus plenus fraude, Syr. II. v. 31. & ministri ejus, Actor. 13. v. 10. Contra has insidias illud Jobi sit solatio, cap. 5. v. 12. intercessio jugis Christi, ut Luc. 22. v. 32. Notat Helych. vocem *μεθοδεΐα*, viaticum & viæ sumptus notare. Caveamus itaque nobis à Satanæ viatico, quod est voluptas, & ejusdem viæ auxilio, quod est mundi blandiens societas.

TENTATIO DIABOLI EST

torrens.

1357. Psal. 18. v. 6. *Funes dicuntur tentationis Satanæ.*

1. *Ob tentatorum conditionem*, qui 1. *versantur in presenti mortis metu & discrimine*: Ita tentatis semper mors ob oculos versatur, ob peccatum, Psal. 51. v. 5. 2. *Vincti incedunt captivi*: ita tentati vincti sunt pedibus, ne ad Deum accedant, quem Diabolus ipsis peregrinum fingit, Jerem. 14. v. 8. Sed hæc vincula suo quoque tempore dissolvit Deus, Psal. 116. v. 16. Jerem. 30. v. 8. Actor. 16. v. 26. quæ nos indes expectant, ut Act. 20. v. 23. Hebr. 10. v. 34.

2. *Ob circumdationem*: Diaboli enim tentationes undique nos infestant, sed suo tempore bonitas Domini nos circumdabit, Psal. 32. v. 10.

3. *Torrentes dicuntur*, 1. *Ob nostri situationem*. In valle enim lachrymarum habitamus, Pl. 84. v. 7. Diabolus est mons pestifer, habitans in monte mundi: ideoque torrentibus suis nos terret, quia dicitur.

2. *Ob impetuositatem*: Torrens de monte delabens, magno impetu fertur: Ita tentationes Diaboli impetu quodam in animam feruntur.

3. *Ob inundationem*. Torrens de monte delabens facile inundat, quæ in humili valle creverunt: Ita & tentationes Satanæ.

4. *Ob subitaneum adventum*: ita ex abrupto tentationes Satanæ nos obruere possunt. Nos meminerimus Deum torrentes solatii aperire, ut Israelitis in deserto, Pf. 105. v. 41. contemplerur furculos plantatos ad eodem tentationum torrentes, Cant. 6. v. 10. Princeps furculus Christus est, minus princeps, omnes, qui cum Christo bibimus ex hoc torrente, in via vitæ nostræ.

TENTATIO EST TELUM ignitum.

1358. Ephes. 6. v. 16. Tela dicuntur 1. *Ob nostrum statum*. Feræ enim & cervi tela pertundunt à venatoribus. Animas autem nostras venator Psal. 91. v. 3. petit eas; unde clamor, Psal. 42. v. 1. 2.

2. *Ob lacerationem solidæ carnis substantiæ*: ita tentationes solidam spem fiduciamque lacerant.

3. *Ob scopum*. Tela Satanæ scopum cordis petunt, Psal. 38. v. 9.

4. *Telorum cruentationem*: ita Diabolus sæpe tela sua cruentat sanguine iustorum, unde Hebr. 12. v. 4. ad sanguinem usque resistere iubemur.

5. *Infixionem*: ita tela Satanæ in piorum cordibus infixuntur, Job. 6. v. 4. cap. 34. v. 6. Pf. 38. v. 3.

6. *Confractioem*: ita Diabolo multa tela confringuntur, Deo moderante crucem, 1. Cor. 10. v. 13. & tela Satanæ in Ecclesia per verbum auditum confringente, Pf. 76. v. 6. Eph. 6. v. 13.

7. *Aciem*: ita Diabolus acuit tela sua, cote divinæ iustitiæ, quam terribilem nobis facit, Pf. 88. v. 16. & per totum, cote peccati gravitatis, nostræ indignitatis, prout novit hominis, quem petit, constantiæ gradum & fiduciæ.

1. Dicun-

Dicuntur tela ignita 1. *Ob immittentem.* Hic Satanas est, æstuans igni furoris & sanguinolentiæ.

2. *Ob materiam,* ex qua tela facit; Hæc nihil aliud est, quàm ignis divinæ justitiæ, damnationis omnibus peccatoribus expectandæ.

3. *Ob terribilitatem.* Ignis noctu maxime terribilis est: ita tela Satanæ in nocte tribulationis. Hic est Draco igneus.

4. *Ob consumptionem.* Ignis consumit objectas res: ita tela Satanæ animas piorum consumunt.

5. *Suis causationem.* Ignea enim cum calida sint, humorem exsiccant, sitim causant: ita tela Satanæ spirituales animæ sitim, Ps. 42. v. 2.

TENTATIO EST ULCUS.

1352. Job. 2. vers. 7. *Egressus Satanas à facie Domini percussit Jobum ulcere pessimo, à planta pedis usq; ad verticem.* Tentationis Diabolicæ notantur

1. *Causa efficiens* Satanas, qui percutit tentando, 1. Thesl. 3. v. 5. Apoc. 3. v. 10. ignita spicula immittendo, Eph. 6. v. 16. Sit solatio Christi auxilium, 1. Cor. 10. v. 13. Gal. 2. v. 8. ideoque ille

2. *Permittit,* ut nos infirmitatem nostram agnoscamus, 2. Cor. 12. v. 9. Heb. 11. v. 34. oculos intentos habet in nos, idèd à facie Domini egredi dicitur.

3. *Effectum ipsum* est percussio. Verè enim tentatio est percussio: Sic Esaias Christi tentationes passivas, cap. 53. v. 5. & piorum, cap. 57. v. 15. recenset: & David. Ps. 34. v. 19.

3. *Morbi objectum est Jobus,* vere piorum typus, & nomine: significat hoc gementem: Tales pii in hoc mundo, Ezech. 9. v. 4. Roman. 8. v. 23. Exod. 2. v. 23. & omine sanctimonix, Tob. 2. v. 12. patientiæ, Jacob. 5. vers. 11.

4. *Morbi ipsius species est ulcus*, quod indigitatur d. l. apud Jobum. Tentatio verè animæ ulcus est,

1. *Diffidentia pus* protuberans. Ut enim in ulcere pus est; sic in tentatione diffidentia semper nos pungit & vexat.

2. *Conscientia* inflammationem sentiens: ulcera namque in corpore, inflammatione quadam videntur semper conjuncta esse. Mundus hæc nostra cum epulone non curat, Luc. 16. Curat ea cœlestis Elifà Christus verbo, ut 2. Reg. 20. v. 7. Sap. 16. v. 12.

5. *Morbi qualitas*: quia vocatur ulcus pessimum. Ita tentationes sunt pessima animæ ulcera.

6. *Quantitas*: à planta pedis usque ad verticem; Es. 1. v. 6. Conf. David, Ps. 38. v. 8.

EST STIMULUS CARNIS,

tentatio.

1360. 2. Cor. 12. vers. 7. 1. *Ob aciem*. Palum acutum esse oportet; Ita tentationes Diaboli acutæ, ipsum cor animamque dilacerantes.

2. *Infixionem*: Ita tela Satanæ cordi infixatur, Psal. 38. vers. 9.

3. *Ambulationis impeditionem*: ita Diaboli tentationes multùm nec non in via salutis impediunt.

4. *Doloris causationem*: ita tentationes Satanæ maximos animæ dolores pariunt, cum nos à Deo derelictos esse putamus; de his doloribus passim in Psalmis, maximè Psal. 77. Psal. 88. Psal. 18 v. 3. 4.

5. *Punctionem & tumoris inductionem*. Simulò vulneratus, pungitur & tumorem sentit: Haut aliter fit in tentationibus; siquidem ibi conscientia pungitur, & eidem spiritualis velut tumor inducitur, quando nempe mentis tranquillitas turbatur istis tentationibus.

CAP.